



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 41. Pontificis studium in reconciliando utroque Principe.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI.
A.C. 1542.

§. XLI.

*Pontificis studium in reconciliando
utroque Principe.*

Sleid. comm. Cum igitur Papa pro suorum Prae-
I. 15 p. 479. cessorum more communis omnium

Patris partes in hac occasione agere per-
cuperet, hinc Contarenum & Sadoletum
Cardinales Legatos decernebat, qui tam
Cæsaris quam Galliarum Regis aulam
accederent, ambosque hosce Principes
ad concordiæ pacisque consilia plene
revocarent, eosque rogarent, ut ob pu-
blicam Christianæ Reipublicæ salutem
privata seponerent odia, ne forte suis di-
cordiis proximæ Synodi celebrationem
ac Religionis Catholicæ, quæ in Pro-
vinciis Lutheri hæresi infectis exulabat,
revocationem præpedirent: cum autem
brevi post horum Oratorum nominatio-
nem Contarenus fatis functus esset, ei-
dem Pontifex subrogabat Michaelem
Sylvium Cardinalem, & Visensem Epi-
scopum Lusitanum. Ea res ingenti ad-
miratione defixit Romanæ Curiæ Mini-
stros,

men hanc excusationem Pallavicinus subjungit:
sed utrumque sapienti libertate refellitur a Bell-
cario Gallo, satis gnaro, Scriptorem in suo-
rum Principum laudes semper profusum. Quæ
vero Continuator de edictis recenset, Pallavi-
cinus reticet.

stros, quibus haud ignotum erat, quod Sæc. XVI.
A.C. 1542.
Sylvius apud Cæsarem, ad quem decer-
nebatur, parum gratia & auctoritate va-
leret; quam quoque ob caussam prospe-
ro legationis suæ successu frustrabatur :
Verum haud felicior erat Sadoletus ad
Galliarum Regem missus, eo quod bel-
lum inter utrumque Principem jamjam
denuntiatum fuisset.

§. XLII.

Henricus VIII. de luxuriosa Regi- næ vita per Cranmerum cer- tior factus.

Eo ipso temporis articulo, quo Henri- *Burnet. hist.*
cus VIII. de suis nuptiis nuperrime *Reformat.*
cum Catharina Hovarda contractis sibi *t. 1. l. 3. p.*
vel maxime applaudebat, Cranmerus ^{427.} *Sander. de*
Cantuariensis Archiepiscopus Regis læ- Schis. Angl.
titiam haud parum perturbabat, eidem *p. 201.*
exponens, quod hæc nova Sponsa libe-
riori vitæ licentia atque luxuria difflu-
ret; cum enim Rex Eboraci ageret, qui-
dam nomine Lasselsius huic Archi-Præ-
suli nuntiatum venerat, se a sua sorore,
quæ longo jam tempore Viduæ Norfol-
ciæ Ducissæ ab obsequiis erat, percepis-
se, quod Regina adhuc innupta flagitio-
sæ ac perditæ libidini totam sese dedis-
set, imo nunc quoque, et si Regi esset
desponsata, iisdem tamen nefariis vo-